

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Amico cuidam, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

f. Strobel
p. 46.

Amico cuidam S. D.

Et fratri meo talem generum gratulor, & uobis spero iucundum fore connubium cum illius filia: quæ mihi quidem uisa est mirifico pudore, & summa animi ac morum suauitate prædita esse: & expressisse patris humanitatem, quam ego non minus semper propter egregiam uirtutem, quam propter sanguinis & naturæ uinculū dilexi. Itaq; precor Deum, ut efficiat, quo connubium uestrum sit tranquillum, faustum ac scelix. Munus nuptiale mitto coniugi tuæ, in quo est imago duorum coniugum, qui summa inter se charitate uixerunt, Ferdinandi regis Hispaniæ, & Elisabethæ. Exiguum est munus, sed symbolo delectabar. Et hoc tempore absens, qualicumque significatione declarare uolui animum bene precantem uobis, & expetentem amicitiam tuam. Affinitas enim nostros animos copulare debet. Ac professō sororum maritos loco fratris habeo. Conciliant autem eruditos etiam alia: studiorum societas, & uoluntas in Republica. Est uerò quædam inciderunt cōtrouersia doctorum, tamen spero bonis & prudētibus mea studia & meā uoluntatem probari. Idem opto equidem tibi uideri: sed tamen nihil præscribo. tantum oro, ut putes necessitudinem non obliuiscendam esse, etiamsi est quædam de illis controuersijs dissimilitudo. Gratissimum mihi facies, si de tua erga me uolūate aliquando

quando mihi scribas, aut aliquid per socerum signi-
ficaueris. Bene uale.

Clariss. uiro, P. Ebero, συμφιλοσόφῳ, a-
mico suo & fratri charissimo,
S. D.

III, 121.

Etsi in tanta confusione orbis terrarum optan-
da mors uideretur: tamē cum in Ecclesia Dei uiua-
mus, nō decet nos fractos metu ἀπαλαστήριου. Ut
igitur me iubes curare ualeitudinem, ita uicissim te
adhortor, ut quanta diligētia humana effici potest,
tueare ipse tuam ualeitudinem: teq; & Ecclesie com-
muni & domesticę serues. Mihi temperātia unius
diei profuit: ac Platonicum illud sequor, quod quia
tibi quoq; profuturum esse iudico, adscribam: *διὸ
πάντα τὰ τοιαῦτα
λαβόντων ἀν' ἡ ἑσχολή, ἀλλὰ ὁ φάρμακον τὰς λαχόντων
ἀσθενειῶν.

Mitto tibi Ioachimi epistolam, ex qua intelligo
incolumem peruenisse in urbem Ieram, quod gau-
deo. Illud uerō δυσχρόαινω, quod cum nec tantas
dolendi causas habeat, quantas nos habemus, nec si
mili in periculo sit, nimum indulget mœsticię ac i-
racundię. De tuis rebus publicis scribito, quoties
habebis tabellarios. Bene uale. 3 Martij, An-

no 1547.

x 3 Ado-